



- 1 De pōētis proprieitate Matthæus Greigius.
- 2 Capita Religiosi Xeanæ Græcæ Joach: Camerang.
- 3 Laus Xer resurgentis Christi Petri Belardi.
- 4 Carmen Habram Barth: Radmanny.
- 5 Carmen Hab: Gi dem.
- 6 Salms CIII Carminicæ Pancratius Grigors.
- 7 Prophetæ Jonas Carminicæ. Daniel Sarc.
- 8 Ecloga de Xeo triumphante Barth: Byloq.
- 9 Canonæ Monach. Transl. propositi in Hildesheim Crise.
- 10 Davidis tropæum Joh: de Cottetiz.
- 11 Davidis triumphi Jan: Henricus Scrotterg de Gustrow.
- 12 de Mundi termino Joh: Polidorq.
- 13 Ecloga in diem Martini. Abraham: Peceliq.
- 14 De Parte Novitatis Dethlev Meyerg.
- 15 Bernardi degentia mundi Carminicæ.
- 16 Joan: Fraxine Melos R. Spangenberg Tufestym.
- 17 Concordia conciva Albertus Olearius.
- 18 Carminum Joach: Bilschj Liber I.
- 19 Gregorij Crebicij poëmatu.
- 20 cogniticon Joh: Staibij e.
- 21 Ratio Media Carminicæ Laur: Homang.
- 22 Alberti Vorti Pantheicias.
- 23 De Incommodis Semetictis Erasm: Roterdam.

Q3.105 (1-66)

V

# SERENISSIMO

IOACHIMO FRIDERICO, GERMANIAE

Primi, Marchioni Brantenburgico &c: Princi-  
cipi Christianissimo, Mularumq,  
Meccenati optimo

Autor

S. P. P.



Vrca fremit; Lopus Ausonicus premit; H-  
erelis omnem H-

Teutoniam furijs compleat vbiq; suis.

Tu, cum GERMANI sis PRIMAS  
magnaq; REGNI  
Lux, BRANTNBVRGIACI

Duxq; Paterq; soli,

MARCHIO magnanimi, IOACHIME, è semine  
BRENNI

PRINCEPS, Aonij spes, FRIDERICE, chori,  
Tu mihi, quis nostras tot servet ab hostibus oras,  
Dic, & Apollineo Numine maior eris?

Languet amor Christi, Petatis, Religionis,  
Iustitiae, pressus frater vbiq; iacet:  
Ni Superum rector, noster defensor Iesus  
Mox veniet, venient omnia damna pijs.  
Hosce tamen cecini versus, si forte canendo  
Magnorum possem flectere corda Ducum,  
Ut Patriæ cauta meditantes mente ruinam,  
Prudenti avertant, qua decet, arte malum.

Eo

Et quia tu Patrios, IO ACHIME FRIDRICE penates  
Et populos pulso protegis hoste tuos,  
Sic ve cum reliquas Vrbes ferus ense flagellat.  
Mars, tua tranquilla Pace fruatur humus,  
Hunc tibi, sed tenuem, Phoebo monitore, laborem,  
Inlyte Dux, puro mentis amore damus,  
Quem si pacato capies, velut obsecro, vultu,  
Nosta Camæna tuum nomen in astra feret.

Serenitatis tuae

Humilimus Clientulus

Ianus Heinricus Scröter<sup>o</sup> De Güstrov,  
Megapolitanus, Eques, & P. L. Cæ-  
saricus.

ELEGIA  
DE INNVMERA.

BILIBVS NOSTRI SOECVLIS CALAMI-  
tatibus, extremi Iudicij diem orbis terrarum jam jam  
imminere monstrantibus.

Consecrata

SERENISSIMO GERMANIAE PRIMATI,  
JOACHIMO FIDERICO, MARCHIONI BRAUN-  
tenburgensi, Principi Christianissimo, Mu-  
tarumq; Mecoenati optimo.

Autore

Iano Heinrico Scrötero de Güstrov, Mega-  
politano, Equite, & P. L. Cæsareo.



**A**N non conficias fieri nunc omnia, Christus  
Quæ fore supremum dixerat ante diem?  
En rerum series pulcherq; invertitur ordo,  
Vergit ad interitum machina tota suum.  
Cernimus horrendos Solis Lunæq; labores,  
Plus solito tenebris abdere utrumq; caput.  
Cernimus infaustos, at non impune vagantum,  
Astrorum coitus terrificalq; vices.  
Cernimus atra simul spatio sum signa per æquor,  
Horrissono ventos turbine volvere aquas.

A a.

Cer-

Cernimus infestas exerescere fluminis vndas,  
Multaque diluvio perdere regna suo.  
Signa secuturas iam iam testantia poenas,  
Obviaque irati flagra cruenta Dei.

**S**Cilicet ipse Deus, Superum Pater ac hominum Rex,  
Cui nil est nostra quippe salute prius,  
Iamdudum meritam promptus suspendere culpam,  
Vindictam nunquam præcipitare solet:  
Sed spatium cunctis, quo fas resipiscere, donat,  
Ostendens iræ nuntia signa lux,  
Terreat ut miserè lapsos, si forsitan illos  
In iustas posset post revocare vias.

**V**Tque Machaonia, penetret quam corpora ferro,  
Ante sagax tentat, quicquid in arte potest,  
Insignis Medicus: nonnunquam, reddat ut ægrum  
Viribus, austero pocula liquore rigat:  
Sic hominum haud semper votis indulget ineptis,  
Nectarè commiscens sope aconita DEVS,  
Hūic ubi porrectas Medico præbere recusant  
Dextræ, & sana pharmaca fruge carent,  
Tunc acie corpus pertentat, & ulcera tandem  
Desperata movens, stirpitus inde trahit,  
Ni vicina simul destruxerit ossa cutemque,  
Tabifica pariter contaminata luc.

**N**imirum certæ nobis signa horrida poenæ  
Iam sat multa DEVS conspicienda dedit:  
Vnde etenim totidem diri contagia morbi,  
Ac dudum nostris bella parata plagiæ  
Vnde

Vnde etiam totidem intestina pericula, quoniam

Nos circum oceanus soevus ubiq; fremit?

Vnde aut tot seztz, pestes, penuria, panis?

Vnde fames? populi ferreus unde furor?

Scilicet ut nobis ruituti tempora Mundi,

Et monstrant summi flagra parata Dei:

Obduxere tamen durum præcordia callum,

Nostraq; non domito corda Adamante rigent.

**N**Eu aliud quicquam seculo totidem mala nostro

Obvia, quam nobis omnia dira volunt,

De quibus immissis quis, quæro, jure queretur,

Aut dicet meritis asperiora suis?

Impietate Dei, dic, nonne lacessimus iram,

Attrahimus poenas & sine fine graues?

Nonne & certatim florescunt crimina? nonne

Ira ferox, fastus, rixa, libido vigent?

Nonne omnis vitijs Mundus nunc laxat habenas?

Nonne velut Mystes tam male vulgus agit?

Negligitur Pietas, miscentur sacra profanis,

Regnat Avaritia Luxuriæq; malum.

Candor amicitia, candor contractibus exul,

Exulat afflictæ Religionis honos.

Spreta camœna iacet, Iuris reverentia languet,

Nec violare fidem ducitur esse nefas.

**S**iccine perpetuum, puto, Numinis ira quietceret,

Proq; hominum votis cuncta petita cadent?

Sed tandem tandem rigidas ardeceret in iras:

Sera licet, tamen est ultio certa Dei.

Ille quidem ad tempus vitijs connivet iniquis,

Ast penat longas cum gravitate moras.

A ;

Sul-



Sulphure consumptæ restes Sodoma atq; Gomorrha;  
Testis diluvio perditus orbis erit.

**R**VMPE igitur segnem, Germania, rumpet veternum,  
Nec lentam nectas usq; vel usq; moram.  
Ecquid adhuc torpes? En ardent proxima recta,  
Ardent, ac anceps res nequit ista trahi.  
Quin animos tandem experienta age sume viriles,  
Sitq; tuis ab avis degenerare pudor:  
Erue radices vitiorum pectora tetras,  
Et virtutis abhinc sedula carpe viam.  
Mitem posce Deum supplex, precibusq; fatiga,  
Fle&tuntur precibus fata levera pijs.  
Exue flagitijs animum, sic triste laborum  
Excutes, quo iam pressa gemiscis, onus:  
Linque voluptates, damnosas linque malorum  
Illecebras, turpem Desidiamq; fugi.  
Quod si despecto Pietatis tramite telam  
Secure scelerum continuare voles,  
Incautam subito te soeva (nec omina fallent)  
Divini pessum Numinis ira dabit.

**A**C, ut multa fidem faciunt portenta, satiscet  
Mundus, seminibus dissiliens suis.  
Vtq; suprema dies misero nunc imminet orbi,  
Sic ea fallaci noſte timenda venit,  
Pendula qua tellus æstu coelumq; liqueſcat,  
Machinaq; ornatu corruet ampla suo.

**S**Vimme sator rerum, qui dirigis omnia nutu,  
Imperioq; premis cuncta creatu tuo:  
Cernis ut hinc illinc Fideijs, Deumq; hominumq;  
Gens temptrix nostras tentet Eoa plegas,

Gens



Gens invisa tibi, miserè quæ Pannonis vrbes  
Destruit, ac nostros depopulatur agros.  
Cernis ut ah nimium crudeli mente superbos  
In se armet cupidos sœva Megæra Duces,  
Iuris ut invicto prætextu aliena capessant,  
Et vexent armis regna propinquæ suis?

**C**ernis ut Ausonicus vi fraude doloq; Tyrannus,  
Te supero cupiens præcipitare throno,  
Proq; tui verbi sacro sancto munere terris  
Intrudens sensus dogmata falsa sui,  
Sæviat? ut rapidis flammis ferroq; nefando  
Impunis grassans in tua membra ruat?  
AErumnas averte graves, averte pericla,  
Plurima quæ nostris sunt metuenda plagis.  
Improbitate tuam nostra cumulavimus iram,  
Et iusto inustos plectere iure potes:  
Frange tamen decreta tui funesta rigoris.  
Quæ mortale nequit sustinuisse genus.  
Tu rege consilia ac vires in tacta ministra,  
Tu dextra hostiles frange potente dolos.  
Te sine præsidia oblanguent humana, sed vno  
Te sursum ex votis auspice cuncta cadunt.  
Tu nostra Eoum regione repelle Tyrannum:  
Tu remove nostris bella cruenta locis.  
Tu falsa hærefoes germano semina ab orbe  
Pelle age, Romani dogmata sterne Lupi.  
Tu placida da Pace frui, tu munera terris  
Da nostris, pestem mitis ab orbe fuga:  
Sic devora, Deus, soli tibi gloria cedet,  
Sic te nostra pio carmine lingua canet.

F I N I S.



卷之三





VDI6  
PICH

10  
POET



# SERENISSIMO

IOACHIMO FRIDERICO, GERMANIAE

Primi, Marchioni Brantenburgico &c: Prin-

cipi Christianissimo, Musarumq;

Meccenati optimo

Autor

S. P. P.

43



Vrca fremit; Lopus Ausonicus premit; H  
resis om̄em.

Teutoniam furijs compleat vbiq; suis.

Tu, cum GERMANI sis PRIMAS  
magnaq; REGNI

Lux, BRANTNBVRGIACI

Duxq; Paterq; soli,

MARCHIO magnanimi, IOACHIME, è semine  
BRENNI

PRINCEPS. Aonii spes, FRIDERICE, chori,

Tun

Lan

NiS

Hof

Vt



02/24 mm

